



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

neant, sed se & alios condiant. Quia tamen modo paruuli per se renunciare Diabolo & credere non possunt, per eorum corda & ora, per quos offeruntur, hoc faciunt. Unde congruè prouisa est eis medicina salutis, ut in Sacramento fidei baptizentur. Et per alterius fidem Deo reconciliantur, qui per alterius peccatum à Deo alienati esse noscuntur. Et ideò institutum est hoc oleum ad Catechumenos initiandos, & unguendos. Hoc oleo primò in pectore, deinde inter scapulas, deinde baptizandos & unguendos sancto Chrismate, post baptismum in vertice & in fronte, ut infra patebit.

CAP. XXXII.

Eodem die consecratur oleum sanctum, quod Chrisma dicitur, cuius figura specialiter fuit unguentum illud quod Moyses in Exodo iubente domino fecit, quo postmodum

De oleo sancto, quod Chrisma appellatur. Exod. 30.

dum primi Aaron & filij eius uncti sunt: sed postea Reges eodem unguento uncti fuerunt. Unde uncti, Domini vocati sunt. Sic *Psal. 104* ut scriptum est in Psalmo: Nolite tangere christos meas. Christus enim à Chrismate dicitur. Per istam enim unctionem Christus figurabatur; qui specialiter unctus DEI appellatur non oleo visibilis materia, sed pro participibus suis oleo plenitudinis gratia, quod ab ipso descendit in omnes Christianos: quia unctione Chriftatis reddit Ecclesia omnes fideles unctos. Inde est quod in veteri lege soli Reges & Pontifices seu Propheta illo sacro oleo ungebantur. Nunc uniuersaliter omnis Ecclesia ungitur, ut non discordet corpus à capite neque re, neque nomine. CHRISTVS enim Rex & Sacerdos dictus est. De nobis eti-

am dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, & hoc per Christum, qui, sicut dicitur in Apoc. Fecit nos sacerdotes & reges, &c. Benè ergo unguimur Chrismate, ut Christi nomine censeamur.

Apoc. 7.

Apoc. 5.

Unde secundum Aug. in lib. 83. quaestionum, duo pisces Evangelici duas personas significabant, quae antiquitus ungebantur, & more piscium tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione versabantur.

Aug. lib.

83. quest.

Habet consecratio Chrismatis officium suum ipso die per se, quod inchoatur à Sursum corda, & terminatur ibi; Per Iesum Christum dominum nostrum. Consecratur autem in eo loco, ubi pacem dare solemus: ut pax & concordia regnet in nobis penitus. Olea enim est arbor pacis insignis, ut dicit Isidorus, & ut verba testatur cōsecrationis;

¶ 6 sed

- sed pax praefigurata est in nobis ar-
 ca Noë, cum columba attulit ra-
 mum virentis oliuae, significans pa-
 cem redditam terra. Fit autē Chri-
 sma ex oleo & balsamo: per oleum
 nitor conscientiae. Unde & pruden-
 tes Virgines acceperunt oleum in
 vasis cum lampadibus. Per balsa-
 mum odor bona fama. Unde in Ec-
 cles. Sicut balsamum aromatizans
 odorem dedit. Habeat ergo Chri-
 smandus nitorem conscientiae, quan-
 tum ad Deū interius; odorem fama,
 quantū ad proximum exterius. De
 primo dicitur, Gloria nostra, hoc
 est, testimoniū consciētiae nostrae: de
 secundo, Christi bonus odor sumus.
 Potest etiam nitor iste referri ad
 istum caelestem splendorem, qui ni-
 tebat in vultu Christi, à quo Chri-
 sma habet suam virtutem. Unde
 Hieron. ad Principiam virginem:
 Virgo de virgine, &c. Qui non ex
 volun-

voluntate viri, sed ex Deo natus
 est. Nisi enim habuisset in vultu
 quiddam oculisque sydereum, nus-
 quam eum statim sequenti fuissent **Ioan. 18.**
 Apostoli, nec qui ad comprehen-
 dendum venerant, corruissent. Hoc
 est etiam oleum, quod nos incundos
 efficit, & serenos, sicut dicitur in **Psal. 107.**
 psalm. *Vt exhilaret faciem in oleo.*
 Modus autem huius consecrationis
 secundum libellum Romani ordinis
 sic notatur: Duo Acoluthi inuolu-
 tas ampullas cum syndone alba de
 serico, ita ut videri possint, teneant
 in brachio sinistro. Et antequam be-
 nedicat Episcopus, alat ter in am-
 pullam. Ampulla autem quæ cum
 Chrismate est, statim cum benedi-
 cta, fuerit cooperitur, ut à nemine
 nuda videatur. Sed tenente eam
 Acolutho omnes per ordinem salu-
 tant, dicentes: *Aue sanctum Ole-
 um.* Primò Episcopus, deinde alij.

Diony-
sius lib.
de Eccl.
Hierar.

Thob. 12

Hoc autē mysterium aliter exponit
Dionysius, aliter Amaladius. Diony-
sius enim in lib. de Eccles. Hierar.
capit. de his quæ sunt in unguento
dicit: Mystica Chrismatis compo-
sitio significat dominum Iesum exi-
stentē, fontanam copiam diuinariū,
& suauū susceptionem refundentē
de sua plenitudine diuinissimas fla-
grantias, in quibus ad mentes Dei-
formes, in quas primò recipiuntur
& delectantur in eis, & alijs im-
partiuntur. Chrismatis autem cir-
cumuelatio significat, quod viri spi-
rituales suas virtutes & gratias co-
operiunt propter fugam vana glo-
rie: Chrismatis autem reuelatio
significat mysteria, quæ sunt spiri-
tualibus manifestanda. Ut enim
dicitur in Thob. Sacramentum re-
gis abscondere bonum est, opera au-
tem reuelare & confiteri honori-
ficum est, & cetera quæ dicuntur
ibidem.

ibidem. Secundum autem Amal-
 lasium ampulla cum Chrismate cor-
 pus Christi significat assumptum de
 Virgine, quod, antequam transiret
 ad Altare crucis, aliquo tempore
 erat coopertum, & aliquo nudum.
 Quando enim fugit Herodem; ac si Matt. 2.
 non esset Rex regum: quando por-
 tatus est ad templum, ac si non esset Luc. 2.
 omnipotens: quando parentibus Luc. 2.
 eius redeuntibus ad Hierusalem,
 requisitus est inter cognatos & no-
 tos, ac si non esset ubique: quando
 inuentus est inter Doctores audi- Ibidem.
 ens & interrogans eos, quasi non
 esset fons sapientie. Quodam mo-
 do coopertus erat & hoc alba Syn-
 done, scilicet mundissima conuer-
 satione vel sanctissima carne. Nu-
 dum autem erat, quando diuini-
 tatem qua latuerat per mira-
 cula qua faciebat. Nemo e-
 nim poterat facere opera que
 facie-

Matt. 27. faciebat, nisi esset Deus cum eo. Sed
 Marc. 15. postquam transiit ad crucem, nu-
 Luc. 23. dum fuit corpus eius; quod significa-
 Ioan. 19. tur per ampullæ nuditatem, quæ ab
 Episcopo & eius Diaconibus salu-
 tatur. Postquam verò salutata est
 ampulla à Pontifice & ministris
 cooperitur, ut à nemine nuda videa-
 tur; quia Christus postquam presen-
 tiam corporalem hominibus subtra-
 xit, inuisibilis factus hominibus in
 cælum adscēdit. Quod autem dici-
 tur quod Episcopus ter alat in am-
 pullam, cuius alitus idem sit, quod
 significat Episcopus Spiritum san-
 ctum inhabitare super Christum.

Hæc igitur unctio qua inungun-
 tur Christiani post baptismum, se-
 mel in vertice, & semel in fronte.
 Sed licet in Confirmatione exceptis
 spiritalibus unctionibus, quæ fiunt
 de isto eodem Chrismate quo utun-
 tur Pontifices siue in celebratione
 ordi-

ordinum, siue in consecratione Regum, siue in benedictione sacrorum vasorum & altarium. Baptizandus igitur in pectore inungitur, ut per Spiritus sancti donum abijciat errorem & ignoratiam, & suscipiat fidem rectam: quia iustus ex fide uiuit. Inter scapulas, ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & exerceat operationem bonam, ut per fidem sit munditia cogitationum in pectore: per operis exercitium, sit fortitudo laborum in scapulis. In vertice uero ungitur baptizatus, ut sit paratus reddere rationem de fide omnipetenti. Per caput enim mens intelligitur, cuius vertex est ratio. In fronte similiter ungitur baptizatus, ut liberè confiteatur quod credit: quia corde creditur ad iustitiam, Rom. 10. ore autem confessio fit ad salutem. Unde in fronte, quæ est sedes uerecundia,

Rom. 1.

Rom. 10.

*cundia, crux imprimitur, ut talis
Christum confiteri nullatenus ve-
reatur. Vnde scriptum est: Qui me
erubuerit & meos sermones, huius
filius hominis erubescet.*

Luc. 9.

Matt. 10.

Marc. 8.

2. Tim. 2.

CAP. XXXIII.

Ad quid
valeant
Chrisma
& qui
hoc oleo
sancto
consecrē
tur fusi⁹
explicat.

HOC igitur oleo sancto, quod
Chrisma nominatur, confir-
mandus consecratur, in qua confir-
matione datur Spiritus sanctus ad
robur. Et cum ceteras unctiones
simplex Sacerdos valeat exhibe-
re, hanc tamen non nisi summus
Sacerdos, id est, Episcopus debet
conferre: quia de solis Apostolis
legitur, quorum vicarij sunt Epi-
scopi, quod per manuum imposi-
tionem Spiritum sanctum dabant.
Sicut legitur in Actibus Apo-
stolorum: Cum audissent Apo-
stoli, &c. Hoc igitur formam
vnam habuit tempore Apostolo-
rum

Act. 8.